Amplissime Magistratus,
Domini mihi Sing. Colendissimi!

Quod Pater meus Franciscus Stein inde a viginti, et
ultra jam annis tam a mercantili suo fixsilium
mercium fornice, quam habitationali, quam Jure pe-
rennali possidet, Domo Notabile quantum Contribu-
tionale quotannis accurate dependendo Peculio huicce
Rëo utilem semet semper exhibuerit, actuve exhibeat;
Fratres porro mei Lazarus, et Jacobus ambo Stein,
quorum prior Domum quoque propriam in gremio Cittis
hujus Jure perennali possidet, mercantilem hic Loci for-
nicem habendo non minus utilitatis Citti huic praefi-
nuato titulo a longiori jam tempore afferant; Ego
vero ipse spatio complurium jam annorum fornicem
in gremio Cittis hujus [illegible] habendo huicce Regio aeque
utilis semper fuerim, et [illegible] Sim; ad Notorie eadem
domum publicum exemplar [illegible] vitam,
bonosque mores [illegible], hoc Amplissimo Magistratui
caeteroquin nota sunt: his proinde Paternis, fraternisque
non minus, ac propriis meis meritis excitatus Amplis-
simum Magistratum demisse exorare praesumo, quatenus mihi
in gremio Cittis hujus habitationalem Domum Jure perenna-
li emendi facultatem gratiose impertiri, et Fassionis Ce-
lebrationem eo a fortiori admittere dignaretur; si quidem
praementionato Patre meo Francisco Stein Domum in Citte
hac habitationalem Jure perennali possidente, ego quoque qua
filius, et sic iisdem, quibus Pater meus utitur, Juribus gaude-
re valens, jus quasi quaesitum Domum in gremio Cittis hujus
Jure perennali possidendi consecutus sim; gratiis in reliquo
dicatus Jugi cum venerationis cultu persevero. Zomborini
die 15a Xbris 1811

Amplissimi Magistratus

Humillimus Cliens
Leopoldus Stein
Judaeus et Quaestor Gremialis

ИСТОРИЈСКИ АРХИВ СОМБОР IAS ISTORIJSKI ARHIV SOMBOR
25000 Сомбор, Трг цара Лазара 5 Телефон/Факс: +381 25 412 2 87
E-mail:info@arhivsombor.org.rs Телефон: +381 25 416 292

Praes. die 18. Xbris 811

Ad

Amplissimum Magistratum Liberae Reg. Cittis Zomboriensis, Dnos Singe. lendissimos

Lect. die 16. Xbris

No. 1626.

ИСТОРИЈСКИ АРХИВ СОМБОР IAS ISTORIJSKI ARHIV SOMBOR
25000 Сомбор, Трг цара Лазара 5
E–mail:info@arhivsombor.org.rs
Телефон/Факс: +381 25 412 2 87
Телефон: +381 25 416 292

Leopoldus Remdudeus, Quaestor Gremialis Domum in Citte hac habitationalem Jure perennali emendi, et eandem taliter possidendi facultatem ductu intus allatorum motivorum sibi deferri supplicat.

[illegible]

No. 1046. 811.